



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 8. De actibus Divini amoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Ratio hujus est, quia, cum homo duplici
 viâ, humana & Divina, nec simul utraque vivere
 fit, æquum & justum est, ut moriatur vita hu-
 & vivat vitâ Divinâ, moriatur sibi, & vivat
Gal. c.1. Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Christus,
 bat Apostolu.

Ultra hanc unionem voluntatis & intellectus,
 adhuc natura amoris petit unionem realem & pra-
 tia: quia perfecta amicitia utitur que exigit pra-
 tiam, intentionalem, scilicet, & personalem: nam
 factus amor est *conversio amantis in amatum*, quod
 possibile est. Unde à D. Augustino vocabatur am-
S. Aug. l. 4. ejusdem, *Dimidium anima sue & una anima in du-*
confes. c. 6. *corporibus habitans, & alter ego.* Verùm, quia
 fieri nequit per veram & realem unionem & tradi-
 tionem, idèd hoc ipsum præstatur per unionem
 luntatis & præsentie. Quare, ut amor Dei sit per-
 fectus, hæc secunda unio addenda est, veluti desiderium
Philp. c.1. Apostolus: *Desiderium habens dissolvi, & esse cum*
Christo, non solum mediante fide, sed media præsentia
 & clara visione Christi.

Id super hæc amoris unio, ut ultima sua constitua-
 perfectione, debet esse actualis cum actuali amandi ob-
 jectio: veluti amor in Deo est, qui non est potentia
 nec habitus: sed purissimus actus: & in Beatis habitus
 Charitatis semper conjunctus est cum actuali amor
 De hoc dicetur capite sequenti.

CAP. VIII.

De Actibus Divini Amoris.

Principales sunt, amor, gaudium, desiderium, laus,
 confirmatio, transformatio & pax.

Et ut exordiamur à primo, dico, amorem Dei esse
 duplicem: primus appellatur amor appetitivus &
 amor excellencie: quando, comparando Deum cum
 creature, cuiuslibet in genere & in confuso, aut cum om-
 nibus in particulari, eligeremus potius, & malle-
 renun-

nunciare rebus creatis quam Deo. Hoc est amare
 eum super omnia *appretiative*, aestimare plus Deum,
 quam propriam salutem, honorem & vitam. Et per-
 actio huius amoris non in eo duntaxat consistit, quod
 tui proprio commodo præferamus gratiam Dei; sed
 etiam quod plures faciamus minimum Dei beneplaci-
 um, quam qualemcuque aliam rem creatam.

Alter amor, quo amamus Deum, vocatur amor com-
 placentiæ, qui nil aliud est, quam voluntas quædam &
 complacencia, quod Deus talis sit, qualis est, eminentis-
 mus & perfectissimus in seipso. Unde si nostrum velle
 esse efficac, velati est velle Dei, amare Deum, certo
 quodam loquendi modo, idem esset, ac dare esse Deo.

Et in hoc fundatum est illud commune Sanctorum di-
 ctum. *Amor solo amore pensatur*. Amor Dei amanti com-
 pensatur solo actu amandi ipsummet Deum: nam si Deus
 amando nos, seipsum nobis donat; nos quoque, vigore
 voluntatis & affectus illius modo jam explicato, aman-
 do Deum donamus Deum Deo. Hic amor complacen-
 tiæ est effectus alterius cuiusdam actus, qui vocatur
 amor unionis, & est causa cuiusdam alterius, qui appel-
 latur amor benevolentia, & est velle bene rei amate.

Amor unionis primus & principalis virtutis Charitatis
 actus est: siquidem juxta Angelicum, *amor essentialiter*
est unio affectiva connotans realem, desiderando illam,
 quantum possibile est: & est similis unioni substantiali,
 quæ intercedit inter materiam & formam, & inter cor-
 pus & animam: etenim sicut corpus facit unum cum anima,
 appetitque animam tanquam totale & substantiale suum
 complementum ac perfectionem; ita anima nostra
 facit unum cum Deo, in ratione perfectibilis & perfectivi,
 appetitque Deum, veluti spiritum & animam suam,
 a quo recipit totalem ac Divinam suam perfectionem.

O stupendam ac mirabilem vim amoris Divini!
 merito exclamat S. Bernardus: *Magna res est amor*, S. Bern.
si tamen ad suum recurrit principium. Si non ex Cant. 8.
aguo, saltem de simili potest suo Auctori mutuan
rependere vicem. Quis explicare valet virtutem verbi
 huius (*Amo*) quantæ utilitatis, quantæque efficacitæ
 sit hic actus.

I. 2. q. 18
 art. 1.

Quid aliud est, amo Deum super omnia, nisi quæ
unionem cum Deo? complacere mihi in esse, ut
volo Deo omne bonum, & intrinsecum à seipso
extrinsecum à creaturis? sit quid aliud est bonum
honor extrinsecus Dei, nisi bonum & summa
intrinseca creaturarum? Ergò, si amando Deum
omne bonum extrinsecum Dei, volo etiam omne
num intrinsecum, summamque gloriam creaturæ
(juxta cujuslibet capacitatem) quæ est ultima
perfectio. Ex dictis intelligitur definitio amoris
per D. Dionysium: *Amor est unio amanti cum amato*.
ubi vox illa (*unio*) intelligitur *objectivè*, etenim amor
jectum amoris non est quodcunque bonum; sed
unitum & possessum: & ad hoc bonum tanquam
proprium objectum terminatur unionis amor, quo
amorem unionis sequitur amor excellentiæ, &
morem excellentiæ amor complacentiæ, &
amor benevolentiæ, uti dictum est, ac
amorem benevolentiam amor beneficentiæ; nam
amor non duntaxat affectivus, verum etiam effectivus
esse debet.

2.2. q.28.

art.1.

Secundus actus est gaudij, vel propter præsentiam
amati, vel etiam propter hoc, quod ipsi bono amato
prius bonum inest & conservatur, & sicut præsentia
& cognitio perfectionum eius perfecta erit in cælo,
etiam ibidem perfectum erit gaudium.

Aug. li.14.

de Civit.

Philip. c.1.

Cassiod.

Tertius actus est desiderij perfecte possidendi
mum bonum amatum: *Amor inhians habere*, quod
amatur, desiderium est, quemadmodum experiebatur
Apostolus, cum dicebat: *Cupio dissolvi, & esse
cum Christo*.

Quartus actus est laudis, qua procedit, juxta Cassiodorum,
ex nimio fervore charitatis, & ex nimia delectatione
ad Deum. Ex gaudio, quod anima percipit in Deo,
procumbit in laudem ejusdem, dando ipsi gloriam
& honorem.

Quintus actus est perfecta conformitatis voluntatis
nostræ cum Divinâ.

Sextus est actus transformationis, quo voluntas nostra
quasi transmutatur in voluntatem Dei, adeo ut
ut

non sint duæ voluntates moventes; sed una movens,
quæ est Divina, & nostræ solùm exequitur. De u-
traque conformitate uberiùs tractabitur praxi se-
quente.

Ultimus est actus pacis, quæ consistit in triplici unio- 2.2 q.28.
ne: cum nobismetipsis, propter perfectam subordi-
nationem appetitus sensitivi ad rationalem: & cum
Deo, omnia, quæ facimus, referendo ad unum, scilicet,
ad Deum: & cum proximo, conformando nos in rebus
convenientibus cum voluntate eius, nam in e. amicabi-
litate unum ponitur. idem de electionis

Hæ sunt Divinæ operationes sanctæ animæ à Divino 8.4.
crem amore possessæ. Agitur & agit: & tunc perfecte agit, R. m. c. 8.
sed sic cum agitur. Amat, & amando gaudet, & gaudendo S. August.
tanquam desiderat, & desiderando magis gaudere objecto,
amor, quo gaudet, jubilat in Divinis laudibus, in perfecta
unione, transformatione & pace summi Boni. Divinæ
operationes sunt, quæ in nobis Divinum statum efficiunt. S. Dionys.

Exercitium beatum. prelusio vitæ æternæ. Semper igitur
& corde & ore dices, anima mea: Amo Deum meum,
tanquam perfectivam meam & summam perfectivam;
tanquam primam & summam veritatem & intellectus
mei perfectivam: veluti primam & summam bonita-
tem voluntatis meæ perfectivam: ac veluti primam &
summam felicitatem meæ memoriæ perfectivam: &
tanquam infinitum bonum infinite perfectum in omni
perfectiois genere solum ac summum perfectivum to-
tius animæ cum omnibus suis potentiis totiusque cor-
poris cum omnibus sensibus & membris. O summum
meum Bonum veni in me, & perfice me perfectione su-
pernaturali, cœlesti & Divinâ. Verum adverte,
O anima mea, principium perfectivum esse quoque
destructivum. Si te Divino esse vestire desideras,
necesse est, te totam spoliare humano, quod contradicit
Divino.

Ab amore transi ad secundum actum gaudij, di-
cendo: in te, O Deus meus, gaudeo & lætor, quia sum-
mus, infinitus & æternus existis, in Essentia tua, in attri-
butis tuis, in Divinis tuis Personis: & gaudendo in te,
gaudeo

gaudeo & lætor quoque in me ipse, sicuti corpus verum
etiam in se de bono animæ suæ, in quantum hoc est celestium
num & perfectio ejus.

De gaudio descendens ad desiderium: etenim modus
amor non nisi in præsentia & perfecta possessione
amare quiescit. Et interea, quod hoc tibi in omni
cessum est, hoc idem præstabis & facies, quod facies
Divinæ ejus præsentia; quod est exercitium ad
quæritum: laudis, videlicet, conformationis, &
formationis & pacis: semper Deum laudando, &
dicendo, & gratias ei agendo in omnibus rebus, &
formando & conformando te ipsi tam in prosperis
quàm in adversis juxta Divinum ejus beneplacitum
servanda te semper in quiete & pace imperurbato
star quiescentis in sinu Dei, ut potè finis & scopi omnium
cogitationum & desideriorum.

S. August.

Ephes. 5.

Hæc est via recta, anima mea, quam inire debet
via amoris. *Ambulate in dilectione*, monet nos Apostolus
Hæc est vera & clyptica veri servi Dei, imitando servum
qui nunquam deviat à Zodiaco, sed intra illum semper
cursum suum perficit, tamen non semper sub iudicio
ita servus Dei semper progredi & perseverare debet
via amoris, esto non semper in iisdem amoris actibus
sed variando illos *sicut unctio docebit*.

1. Ioan. 2.

O sociæ anima, quæ vivit & moritur in societate
amoris: O beata societas, cum te semper alioquin
Divino & actuali amoris, nec unquam ab eodem
cedis aut devias. De sancta quadam Persona loquitur
tur, quod vice quadam digna facta fuerit vice
Divinum Amorem in forma humana, pulcherrima
& fulgentissimum, cui simul cum sanctissima Virgine
assistebat puerulus Jesus veluti recenter natus in nocte
Natalis Domini, dixeritque sancta illa Divino Amorem
Amor dulcissime, doce me, quid faciam pro Parvulo
Respondit: *Accipe me in socium tuum, & quacumque*
agis, mecum agas, & in mea unione illi offeras. Non
diligenter verba illa: *Quacumque agis, mecum agas*, quæ
est idem dicere: omnis tua actio aut erit amor, aut pro
pter amorem, aut te occupabis in amando Deum, aut
operaberis propter amorem Dei, cum quo semper con-

S. Merbilda,
lib. 1, c. 6.

corpore verfaberis, actualiter amando Deum, veluti Angeli in
 celis, vel amore elicit, & elimpato.

Hucusque de actibus Divini amoris, agamus nunc de
 modis exercendi illum.

*Varij Modi Divinum exercendi
 Amorem.*

CAP. IX.

*De primo modo exercendi Divinum amorem
 per viam petitionis.*

Primo & præ reliquis omnibus, obtinendo puro ac
 sancto amore necessariū est, ut instanter & contritū
 illum postules à Deo, à quo est omnia datum optimum,
 & omne donum perfectum. Omnia siquidem dona *Jacob. 1.*
 omnes gratiæ, & in particulari hoc donum charitatis,
 quod est donum donorum, gratia gratiarum nullam aliā
 agooscit causam, quàm ipsū Deum.

S. Apostolus docet modum postulandi donum à Deo *1. Tim. 2.*
 ita: *Per orationem, petitionem, obsecrationem.* Primum,
 per orationem, quæ est ascensio mentis in Deum: suble-
 vando se per considerationem æternitatis mansionum
 in cælis, ubi cælestes iocuntur, ab omni amore terreno
 remoti, ardent purâ flammâ Divini amoris. Secundò,
 per petitionem, cum omni humilitate & submissione,
 unam petere à Domino, hanc requirere, sanctum, vide-
 licet, & purum amorem. Tertio, per obsecrationem, quæ *S. August.*
 adjuvat petitionis in medio, ut, cum illum petas *in Soliloq.*
 merita Sanguinis Christi, ejusque sanctissimæ Marris.

Accedes igitur instar al cuius pauperuli & mendici,
 orbatus sancto amore, & quocunque alio spiritali
 bono & dono, propriis duntaxat repletus imperfectio-
 nibus & peccatis, ostiā mendicantibus per amplif-
 sima cælestis paradisi palatia, ab omnibus Angelis &
 electis Dei ad thronum usque sanctissimæ Trinitatis po-
 stulabis sanctum & purum amorem per Sanguinem
 Christi & gratiam Mariæ Virginis.

C 4

Pieca-